



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac
Denique morte Praedicatorum Lutheranorum, Doct.
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

IV. Melancthon Caluini acceßu, & familiaritate corruptus, & asperior
factus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO
1541.

bonensem conuentum reijcit, mense Martio celebrandum hoc eodem anno, ad quem ipse venire decreuerat: Quâ re per Granuellanum in confessu denunciaat colloquium solutum fuit.

V.
Calvinus
sefe in-
nuat in so-
cietatem
Luthera-
norum.

Eius inge-
nium co-
lubrinum.

Melanch-
thonem
dementat.

Caluin. cõt.
Heshuff.

Venit VVormatiam inter cæteros & Ioannes Calvinus, quem Bucerus Argentorato secum adduxit; vbi ab anno 1538, quo Geneuâ per Senatum eiectus est, in exilio vixerat. Hic Lutheranis se concionatoribus adiunxit; quanquam ab ijs in dogmatibus quibusdam magni momenti, cum primis in re Sacramentariâ toto cælo dissidebat. Erat is homo versipellis admodum, & ingenio prorsus colubrinum; nec aliter se habuit in hoc conuentu, quam si Lutheranis partibus & Augustana Confessione penitus esset addictus. Imprimis Saxonum amicitiam ambiebat magno studio, seq; familiariter insinuabat in Melanchthonis & Crucigeri consortium; cum quibus suauiter & intimè confusurravit. Inclinabat iam pridem ad Sacramentarios Melanchthon, per Bucerum emollitus anno 1536, vt ante diximus. Verum in hoc congressu spiritum Sacramentarium, cuius primitias iam ante delibarat, è Caluini pectore plenis faucibus hausisse videtur. Et quidem, nisi me fallit coniectura, vel VVormatiæ, vel certè paulo post Ratisbonæ contigit illud, quod Calvinus in Heshuffium scribens memorat, Melanchthonē scilicet fatigatum laboribus, aut sub aduersis fatiscentem, vel

centies

centies reclinasse caput in sinum suum, & in ANNO
 hæc verba prorupisse: Vtinam, Vtinam in 1541.
 hoc sinu mori mihi liceat? Certe deprehen-
 sum fuit in conuentu V Vormatiensi, quod
 Melanchthon ab eo tempore, quo vel caput
 reposuit in Calvinismum, vel commercium
 cū eo habuit, ferocior factus est & asperior
 in Catholicos; nec eam adhibuit in actione
 moderationem, quam in Augustanis Comi-
 tijs anno 1530 præ se tulit. Isthic enim Ca-
 tholicis multa concedere voluit, seq; pacis
 & concordia studiosum exhibuit, adeoque
 commodum, vt hoc nomine malè audiret
 apud socios, qui causam euangelicam largis
 ipsius concessionibus proditum iri iudica-
 bant. At in hoc V Vormatiensi conuentu
 satis distortum se præbuit, & solito durio-
 rem; vt hausto Caluini genio, à moderatis
 consilijs pacisq; studio nunc alienus esse vi-
 deretur: Quem eundem agendi modum, &
 Ratisbonæ secutus est, vt paulo post dice-
 mus.

Melanch-
 thon per
 Caluinum
 factus as-
 perior.

C A P V T X V.

- I. *Mutatio religionis in Ducatu Brunsvi-
 censi consilio Melancht.*
- II. *Eius Ratisbonam aduentus, infortunium,
 colloquium, asperitas & somnium.*
- III. *Disceptatio cum Melanchthone. eius fraus
 & crimen falsi, cum Ordinum responso &
 apologia Melancht. concordia negotio
 Brandenburgio demandato.*

IV. *Per*